

## NOTIFICAZIONE CIRCA IL CALENDARIO LITURGICO 1971

*La Sacra Congregazione per il Culto divino, con lettera n. 2031/70 del 30.5.1970, ha così scritto al Cardinal Presidente:*

Sacra Congregatio pro Cultu divino apparavit *Notificationem* circa Calendarium proximi anni 1971, quam Summus Pontifex, die 17 maii huius anni, statuit ut publici iuris fieret.

Huiusmodi *Notificatio* Tibi significare placet:

"In decreto, quo publici iuris factum est Calendarium liturgicum generale, praevidebatur hoc ipsum, in sua definitiva formulatione, vim legis esse accepturum post edita Breviarum et Missale, ex decreto Concilii Vaticani II instaurata.

"Missale Romanum, nova editione typica latina, promulgatum est ab hac Sacra Congregatione die 26 martii 1970, dum praeparatio editionum linguis vernaculis commissa est Conferentiis Episcopalibus, quae diem statuent, quo eadem editiones vigere incipient.

"Ad Breviarium Romanum quod attinet, labor praeparatorius pergit ad finem.

"Cum autem praevideatur fore impossibile ut intra finem huius anni editiones Missalis Romani linguis vernaculis apparentur, statuitur ut Calendarium generale necnon Calendaria particularia "ad interim" in usu retineantur etiam durante anno 1971."

Hanc nactus occasionem sensus meae venerationis pando et omni quo par est obsequio, me profiteor

Tibi, E. me Domine,  
add. mum

A. BUGNINI, a Secretis

*N.B. Questa Notificazione e' stata pubblicata anche, nella traduzione italiana, su "L'Osservatore Romano" del 20.5.1970.*